

f. 1v, 2r Prolog:

2r
 Omnium hominum actio alicuius rei occasione sinit
 exordium. Huius itaque libri colligendi et conscri-
 bendi occasionem concepi ex laudabili modernorum
 magistrorum solertia atque ex vigilantibus discipulorum
 diligentia. Magistrorum quidem inessidua scriban-
 dorum librorum discussionem, discipulorum autem in
 auditorum memoriali conservatione vel etiam in diosa
 conscriptione. Laudabilem certe dixerim magistrorum
 solertiam, qua universas in theologia dictionum
 exceptiones memorie discipulorum imprimunt
 per competentes distinctiones atque earundem
 distinctionum auctorabiles exemplificationes. Discipulorum
 nihilominus laudaverim diligentiam, qui ea quae a
 magistris audierunt non sequiter conscribere atque
 aliis conscribere communicare consueverunt. Cum itaque
 theologicae discipline sectatores distinctiones magistri
 Petri Parisiensis ad partes theuthonicas detulissent et
 deo donante ad manus meas venissent cum eas plerarie
 transcribere non potuissem, apto de manibus e exemplari
 ad imitationem formice me transtuli sec. consilium
 sapientis, quae cum totam mentem comportare non potuit,
 aliqua tamen grana suis horreis inferre non negligit.
 Sic ego cum totum librum transcribere non possem
 aliquas tamen exceptionum electas conscribere curavi.
 Sed quod exemplariorum copiam per intervalla temporum
 vix assequi poteram ex aliis quibuscumque libris non solum
 dictionum exceptiones sed etiam sententiarum distinctiones
 quaecumque reperissem interserui. Sicut enim forma
 beate vivendi ab aliis trahere laudabile est, itaque et
 forma proficiendi et aliis mutare non minus lauda-
 bile existimavi.